

Liber

Quod natura anime etiam deformis et miser:
nec vitam: nec dei imaginem possit amittere

Capitulum III.

An sicut ipsa immortalitas anime
sine quodam modo dicitur. Habet quod
pe et anima morte sine: cum vita bea-
ta caret quod vera anime vita dicenda est. Sed imor-
talis ideo nuncupatur: quoniam qualicumque vita etiam
si miserima est: nunquam desinit vivere. Ita quod
uis ratio vel intellectus nunc in ea sit sopitus nunc
paruus nunc magnus appareat: nunquam nisi ratio
naturalis et intellectualis est anima humana: ac per hoc
si sine hoc facta est ad imaginem dei: quod uti ratione
et intellectu ad intelligendum et respiciendum deum
potest: profecto ab initio quod esse cepit ista tam magna
et mira natura: siue ita obsoleta sit hec imago
ut pene nulla sit: siue obscura atque deformis:
siue clara et pulchra sit: semper est. Denique defor-
mitate dignitatis eius miseram diuina scriptu-
ra: quod quod in imagine dei ambulat homo: tamen
vane perturbatur. Thesaurizat et nescit cui congre-
bit ea. Non itaque imagini dei vanitate tribue-
ret: nisi deformem cerneret factam. Nec tamen vale-
ret illam deformitatem ut auferat quod imago est: sa-
tis ostendit dicendo: quod quod in imagine dei ambulet
homo. Quapropter ex utraque parte veraciter pro-
nunciari potest ista sententia: ut quemadmodum dictum est
quod quod in imagine dei ambulat homo: tamen vane tur-
batur ita dicatur: quod quod vane commouetur homo tamen
in imagine dei ambulat. Quod enim magna na-
tura sit tamen vitari potuit: quod summa non est et quod
vitari potuerit: quod summa non est tamen quod sum-
me nature capax est et esse princeps potest: magna
natura est. Quam igitur in hac imagine dei
quodam sui generis trinitate adiuuante ipso qui
nos fecit ad imaginem suam. Non enim aliter possu-
mus hoc salubriter inuestigare: et sine sapientia
quod ab illo est aliquid inuenire. Sed ea que in superio-
ribus libris et maxime in decimo de anima huma-
na vel mente diximus si lectoris vel memoria te-
neantur atque recolantur: vel diligentia in eis de
locis in quibus conscripta sunt recenseantur: non hoc
desiderabit plerique de rei tante inquisitione ser-
monem. Inter cetera que in libro diximus. Hominis
mentem nosse semetipsum. Nihil enim tam nouit
mens quam id quod sibi presens est. Nec menti magis
quicquam presens est quam ipsa sibi. Et alia satis quan-
tum visum est adhibuimus documenta: quibus
hoc certissime probaremus.

An etiam paruulorum mentes nosse se possint

Capitulum V.

Quid itaque dicendum est de infantis
mente ita adhuc paruuli et in tam ma-
gna dimersi rerum ignorantia: ut illi-

us mentis tenebras: mens hominis que ali-
quid nouit exhorreat. An etiam ipsa se nosse
credenda est: sed intenta nimis in eas res que
per corporis sensus: tanto maiore quanto nouiore ce-
pit delectatione sentire non ignorare se potest
sed cogitare se non potest. Quanta porro intentio-
ne in ista que foris sunt sensibilia feratur: vel
hinc solum conueniri potest: quod lucis huius haurien-
de sic auida est: ut si quisquam minus cautus aut ne-
sciens quod inde possit accidere: nocturnum lumem
posuerit ubi iacet infans in ea parte ad quam ia-
cent oculi possint retorqueri: nec ceruix pos-
sit inflecti sic eius inde non remouet aspectus
ut non nullus ex his etiam strabones fieri nouerit:
mus eam formam tenentibus oculis quam teneret
et mollibus proserudo quodammodo infixit. Ita et in
alios corporis sensus quantum sunt illa etas in-
tentione se quasi coartant anime paruulorum
ut quicquid per carnem offendit aut allicit:
hoc solum abhorreant vehementer aut ape-
tant: sua vero interiora non cogitent nec pos-
sunt admoneri ut hoc faciant quia nondum ad-
monentis signa nouerunt ubi precipuum locum ver-
ba obtinent que sicut alia proorsus nesciunt. Quod
autem aliud sit non se nosse: aliud non se cogi-
tare: iam in eodem volumine ostendimus. Sed
hanc etatem omittimus que nec interroga-
ri potest quid in se agatur et nos ipsi eius val-
de obliti sumus. Nunc tantum certos nos esse
suffecerit: quod cum homo de animi sui natura co-
gitare potuerit atque inuenire quod verum est: a
sibi non inueniet quam penes seipsum. Inueniet au-
tem non quod nesciebat sed unde non cogitabat.
Quid enim scimus si quod est in nostra mente ne-
scimus: cum omnia que scimus non nisi in me-
te scire possumus.

Mens hominis sine cogitatione sibi metum
speciosa esse non possit.

Capitulum VI.

Anta est tamen cogitationis vis ut nec
ipsa mens quodammodo se in conspectu
suo ponat nisi quam se cogitat: ac per hoc
nihil in conspectu mentis est: nisi vnde cogitatur
ut nec ipsa mens qua cogitatur quicquid cogitat
aliter possit esse in conspectu suo: nisi se ipsam cogi-
tando. Quod autem quam se non cogitat in conspectu
suo non sit: cum sine se ipsa nunquam esse possit: quasi aliud
sit ipsa aliud conspectus eius inuenire non pos-
sum. Hoc quippe de oculo corporis: non absurde
dicitur. Ipse quippe oculus loco suo fixus est in
corpore: aspectus autem eius in ea que extra
sunt tenditur: et usque in sidera extenditur. Nec
est oculus in conspectu suo: quam quidem non con-
spicit seipsum nisi in speculo obiecto: vnde iam
locuti sumus. Quod non sit utique quam se mens in

De 38.

Ubi 5.

Ubi 5.

Sen 1

suo conspectu sui cogitatione constituit. Nun quid ergo alia sua parte: aliam partem suam videt: cum se conspiciat cogitando: sic alijs membris nostris quae sunt oculi: alia membra nostra conspiciuntur quae in nostro potest esse conspectu? Quid dici absurdius vel sentiri potest? Quis igitur auferatur mens nisi a seipsa: et ubi ponitur in conspectu suo nisi ante seipsam? Non ergo ibi erit ubi erat quando in conspectu suo non erat: quia hic posita: inde sublata est. Sed si conspicienda migrabit conspectura ubi manebit? An quasi geminat ut et illic sit et hic: et ubi conspiciere et ubi conspici possit et in se sit conspiciens ante se conspicienda nihil horum nobis dicitur? sicut dicitur: quoniam quoniam isto modo cogitamus non nisi corporum: fictas imagines cogitamus quod mentem non esse paucis certissimum est metibus a quibus potest de hac re veritas consuli. Proinde in de restat ut aliquid pertinet ad eius naturam sit conspectus eius? et in ea quae sit cogitatio non quasi per loci spacium: sed incorporea conversione reuocetur. Quod si se cogitat non sit quidem in conspectu suo: nec de illa suus formae obtutus: sed tamen nouerit se tamquam ipsa sit sibi memoria sui. Sicut multarum disciplinarum primum ea quae nouit eius memoria continent: nec est inde aliquid in conspectu mentis: nisi ut cogitat: cetera in arcana quaedam noticia sunt recodita quae memoria nuncupat. In trinitatem sic promedabamus ut illud vni formae cogitantis obtutus in memoria ponerem? Ipsam vero per formationem tanquam imaginem quae inde impletur et illud quod vtriusque coniungitur amore seu voluntate. Mens igitur quae cogitatione se conspiciat intelligit se et recognoscit: gignit ergo intellectum hunc et cognitionem suam. Res quippe incorporea intellecta conspiciuntur et intelligenda cognoscuntur. Recita sane gignit istam noticiam suam mens: quod cogitando intellecta se conspiciat tanquam sibi ante incognita fuerit. Sed ita sibi nota erat: quemadmodum nota sunt res quae memoria continent: etiam si non cogitentur quoniam dicimus hominem nosse litteras: etiam cum de alijs rebus non de litteris cogitat. Hec autem duo gignens et genitum dilectione tertia copulantur: quod nihil est aliud quam voluntas fruendo aliquid appetens vel tenens. In quo etiam illis tribus nominibus insinuanda mens putauimus trinitatem memoria intelligentia voluntate. Sed quoniam mentem spiritus sui meminisse semperque seipsam intelligere et amare: quoniam non spiritus se cogitare discretam ab eis quae non sunt quod ipsa est circa eiusdem libri decimi finem diximus. Querendum est quod nomen ad cogitationem pertineat intellectus noticia vero cuiusque rei quae inest menti etiam quoniam non de ipsa cogitatur: ad solum dicitur memoria pertinere. Si enim hita est non habebat habitum ut et sui me-

minisset et se intelligeret et amaret. Sed meminisset tantum sui et postea cum cogitare se cepit: tunc se intellexit atque dilexit.

Aliud sit aliquid non nosse aliud non inde cogitare. Capitulum VII

Capitulum VII
 Quapropter diligentius illud consideremus exemplum quod adhibuimus: ut consideretur aliud esse rem quam non nosse: aliud non cogitare fierique posse: ut nouerit homo aliquid quod non cogitat quoniam aliunde non inde cogitat. Duarum ergo vel plurium disciplinarum perit quoniam vna cogitat: aliam vero vel alias etiam si non cogitat: nouit tamen. Sed nunquid recte possumus dicere: iste musicus nouit quidem musicam sed nunc eam non intelligit: quia eam non cogitat intelligit autem nunc geometriam: hanc enim nunc cogitat absurda est quae apparet ista sententia. Quid etiam illa si dicamus: iste musicus nouit quidem musicam sed nunc eam non amat quoniam eam non cogitat: amat autem geometriam quoniam nunc ipsam cogitat nonne sit absurda est? Rectissime vero dicimus: iste quem conspiciat de geometria disputantem etiam profectus est musicus. Nam et meminit discipline eius et intelligit eam et diligit: sed quoniam eius nouerit et amet nunc illam non cogitat quoniam geometriam de qua disputat cogitat. Hinc admonemur esse nobis in abdito mentis quarundam rerum quasdam noticias et tunc quodammodo procedere in medium atque in conspectu mentis velut apertius constitui quando cogitantur. Tunc enim seipsa mens et meminisse et intelligere et amare inuenit: et vni si cogitabat quoniam aliud cogitabat. Sed vni diu non cogitauerim? et vni decogitare nisi commoniti non valeamus: id nos nescio quo eodemque modo si potest dici: scire nescimus. Denique recte ab eo quod commemorat ei cui commemorat dicitur. Scis hoc sed scire te nescis. Commemorabo et inuenies te scientem quod te nescire putaueras. Id agunt et littere quae de his rebus conscripte sunt quas reducere ratione veras esse inuenit lector: non quas veras esse credit ei qui scripsit: sicut legitur historia sed quas veras esse etiam ipse inuenit siue apud se: siue in ipsa mentis luce veritate. Qui vero nec admonitus valet ista conuenire: magna cecitate cordis tenebris ignorantie dimersus est altius et mirabilior diuina ope indiget ut possit ad veram sapientiam peruenire. Propter hoc itaque volui de cogitatione adhibere quaecumque documentum quo possit ostendi quod ex his quae memoria continentur recordatis acie informetur et tale aliquid gignatur ubi homo cogitat quae in illo erat ubi ante cogitationem meminerat: quia sa-